

**Epicedia In obitum ... Viri Dn. Wilhelmi a Calheim dicti Lohausen/ supremi
vigiliarum Praefecti, ... Dn. Adolphi Friderici, Ducis Megapolitani ... Qui Placide
obdormivit III. Calend. Feb. Rostochii, ibidemq[ue] XIV. Calend. Maii in templo
Mariano honorifice terrae mandatus. M. D C. LX.**

Rostochii: Kilius, 1640

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn747413177>

Druck Freier  Zugang



tol-24-3461





EPICEDIA
In obitum
*GENEROSSI PRÆSTRENUI ET
NOBILISSIMI VIRI*
DN. WILHELMI
à Calheim dicti Lohausen /
supremi vigiliarum Prae-
fecti,
SERENISS. ac REVERENDISS.
PRINCIPIS ac DOMINI,
Dn. ADOLPHI FRIDERICI,
Ducis Megapolitani &c. Consiliarij
intimi, rerum bellicarum Directoris, & militis
Rostochiensium Moderatoris,

Qui
Placidè obdormivit III. Calend. Feb.
Rostochij, ibidemq; xiv. Calend. Maij in tem-
plo Mariano honorificè terræ mandatus. M. D. C. LX.

Conscriptus

MEGAPOLITANIS.



ROSTOCHII,

Typis NICOLAI KILI, Acad. Typogr. Anno 1640



Quam prorsus abest à te miseratio,
dира
Mors! Nam lethiferis morsibus
omne petis,
Divitias & opes non curas, te neq; pauper
Effugit, & juvenes ab ripis atq; senes,
Nec, qui fraterno verè lætantur amore,
Horum te miseret, solvis utrumq; citò,
Hoc satis edocuit nos experientia; namq;
Ecquis adhuc superest, qui fuit ante Noam?
Qui fuit ante decem bis lustra, quid est, nisi pulvis?
Quam levis hue illuc aura agitare potest.
Eheu! quam multi pereunt, miserabile dictu,
Qui gaudent Martis castra corusca sequi;
Quem sua nobilitant & stirps & propria virtus
WILHELM à Lohausen claruit inter eos,
Nobilis & rotus virtuteq; sanguine claro,
Qui fuit illustris splendor, & ipseq; sol.
Curita mortiferas, ô immatura, sagittas,
Mors! jacis in fortis intrepidosq; viros!
Sed Jovæ placuit sic, dormiat ergo beatè
Æterni lætum Sabbathi ad usq; diem,
Nobilis interea laudes virtute paratas,
Uno posteritas evehet ore suas.

Lugens faciebat

SAMUEL BRUNO Malch. Meg.

Quod si perpendo modulum rationis adopto
Perq; omnes verso partes attentus Elenchos
Quos auræ scripsit vitali Parca triformis
Inferni pollens (eben) matrona tyranni
Lumina suffundo lacrymis, nec spiritus Austra
Pulmones animare potest deflentis ut illi
Sint satis ad gemitus imò de pectore ductos
Comprobat bocce viri præsentis funus acerbum
Lohausen dignus ma etandi laudis honore
At nimium felix placide sub tegmine rupto
Fili vitabis qui cœlica transit ad astra.

Jacobus Schöff
Sternb. Megap.

Si Methymna ferox ploravit Ariona doctum,
Spartanæ gentis Tænarus atquè sinus.
Si Phaëtoniades flerunt Phaëtona Sorores,
Cum rueret Vasti in flumina vasta Padi.
Græcia si mortem Demosthenis ora diserti:
Itala deflevit si Ciceronis humus.
Si fortè fidus Phocionem flevit amicus
Ducem, alios alii si lachrymare solent.
Cur non HEROIS deslerem tristia fatalia?
Urbis qui tutor, immo columna fuit.
Qui bene flexanimo inter doctos ore locutus,
Sic verba effundens instar euntis aquæ.
Terrificas acies qui fregit, segniter atq;
Multæ etiam prorsus corpora stravit humi.
Cur mea non moesto lugeret carmine Musa?
Cur non abjecta tristis Apollo Lyrâ?

A 2

Me.

Me jubet hoc pietatis amor, pietas, & amoris
Regula me HEROI grata referre docet.
Gratia debetur vivo, sed morte peremptus
Cui fas est grates voce referre pias.
O mors quanta tua est rabies, o quanta potestas:
Quam falce immitti corpora clara metis?
Sed quid culpo necem? Mors ultima linea rerum est:
Et cunctis mundi certa medela malis.
Sic fuit in fatis aliter nec fata tulere;
Pugnabit fatus non nisi mentis inops.
Insufficient igitur lachrymæ, sit meta doloris:
Urbem hanc defendet, qui super astra regit.
Tu vero, o HEROS fortissime, pace quiesce;
HEROAS inter vive, vigeq; poli.

*Hac ex mera οὐμαθείᾳ
appos.*

Henricus Bartholdi Friedl, Megap.

Larus Amyntiades Mundi fortissimus Heros
De Jove cornigero vitales ivit in auras
Marte suo felix, & sumptis strenuus armis,
Ut tremor indomitus devicit acinace Medo
Omnia quæ facies Phœbi revolubilis amabit
Quid dicam? Libitina nigras detrusit in umbras,
Membraq; Persarum gazis clara superbis
Sarcophago contenta jacent sub pondere terræ,
Scilicet hæc cunctis intendat vulnera lethum
Et docto, indocto, Forti & sine pectori turbæ.

Joachim Ritter/
Dömitzensis.

ΠΑΡΑ-

ΠΑΡΑΙΝΕΣΙΣ ad vivos.

Quam brevis & fragilis nobis sit vita tributa,
Omnibus in promptu est, testantur funera cuncta.
Nonne homines etenim mortali semine nati
Omnigenis morbis vexantur in orbe maligno?
Non hunc consumit tabes? Hunc querquera febris
Viribus exhaustus? Non unda hunc gurgite in imo
Præcipitem tollit, jubet & sic claudere vitam?
Pignora mox defient Matrisq; Patrisq; fidelis
Lethum, conduntur mox fortia membra sepulchro.
Comprobat id nobis Wilhelm Calckhaeusius ipse
Nuper qui informi silvie sua lumina Letho.
In mediis igitur Urbs Rostochiana periclis
Stertis, crudeles nec non vomis ore loquelas:
Non res humanas divina potentia curat;
Ecce homines subito Domini clementia tollit,
Quo vivos moneat de vita hujus brevitate,
Nec non ut tandem quevis peccata relinquant.
Ergo vive Necisq; memor: Sortisq; piorum,
Judicij extremi, simulacrum doloris Averni.
Fac Deus alme Pater semper nos esse paratos
Mortales, hora mox adveniente supremâ.

Condolentiae ergo apponebat.

Petrus Silesius Plavià McGap.


Heu mortem validam, quæ sola perhorrida genti
Sceptra tenes, fortes pariter quæ imbellibus æquas!
Quid juvat immensum famâ sonuisse per orbem?
Nil juvat: Ecce HEROS nobili de stemmate fatus,
Qui modò præfuerat patriæ, nunc funere acerbo
Mergitur & putri conduntur membra sepulchro.
Corpus, habet requiem, duros post mille labores;

Verum spiritui rutilantis janua coeli
Panditur, atq; bonus vultu Deus ipse sereno
Floribus æternis necit huic ritè coronam.

Addidit

Reimarus Cotelman Herzberg

Megapolitanus



Vita mortalis volitat citato
Impetu ceu rex avium per altum
Præterit fallax velut umbra inanes
Tendit in auras.

Acta ceu ventis rapidis Phaselus
Labitur, cœlum feriens arundo
Ceu fugit. Sic properant secando

Stamina Parcæ.

Nil juvant artes celebris Galeni
Nec cohors doctum Medieum, Machaon.
Ipse nil præstat, Paracelsus hæret

Nescius artis.

Sic cadit felix Eratûs medulla,
Sic cadit princeps charitum virorum
Et subit mortis benè funus Heros

Martis & Artis.

Συμπαθείας ἐνέκα
fudit

Petrus Idenius Wism
riensis Megap.

Heu quo habet mors seva vias aresg nocendi!
Ehen quòd gelidas humana in corda sagittas

Inf.

*Infelix tendit! contracto semper ab arcu!
Lactantes, juvenes, longaque etate gravati
Sunt Reges, pariterque Duces sunt victima mortis:
Formosos, turpes, aquâ ratione trucidat.
Hic quoque Rosarum, heu! infelix mania scandit,
Atque VIRUM, quem hostis trepidanti corpore videt,
Quem Cives urbis, quem littora Baltica lugent,
Qui quondam cedes, & multa cada verâ videt
Pessim strata solo, nobis dimisit ad umbras.
Sic periret DUX, qui curas, variosque labores
Sustinuit, jacet immeritum sine lumine corpus.*

Condolentie ergo adjecit

Nicolaus Wasmundt.

Neo-brand. Megap.

*Felix, & verè felix, nimiumque; beatus
Ille est, quem mortis meditatio nulla fatigat.
Est felix, quavis qui exspectat parte diei.
Tela necis: Mors namque sequens vestigia gressu
Insequitur nos; nos semper sua spicula querunt.
Exemplum dicti condendum pulvere terræ
Exhibit hoc funus, quod non generosior alter
Nec virtute magis nec dexteritate resulfit
Quisquam, dum Lachesis sua stamina lenè trahebat.
Mors tamen hanc secius, quam mestor gramina campi
Falce suâ (minimūm metuens) demestuit illum.
Heu necis insidiæ! heu atrox sævitia mortis!
Si te jam Dux, Herculeo qui nomine gaudes,
Sæva necis facies nunc offendisset inermem.
Ulliis aut penitus Lethæa obliavia habentem?
Qualis nunc fueris? Sed heus te præmia vitæ*

Cœlo

Cœlestis jucunda manent, verè esq; beatus.
Horis cum cunctis subiit tibi mortis imago.

supernatūrias ergo appos.

Joachimus Hermes
Neò-Brand. Megap.

Ocasus nimium tristis & hanc satis
Lamentabile fatum, date lacrymas
Stillantis nivis instar peto, num latet
Vos? cives juvenes, & capulo senes
Vicini quid in his solibus accidit?
Dux belli inclitus armis quoq; fortior
Quem non janitor orci facieq; non
Ulla, terruit nec ipse Typhaeus, Is
Gentis Varniadæ præsidium & decus
Qui ad tempus fuit hunc lumine Mars ferus
Cassum jam lacrymis, o utinam Dcus
Amos molliter hunc vivere Nestoris.
Et salvum voluisse; Deus ast ita
Vite constituit linquere lumina
Cladem propterea hanc nos animo decet
In fracto penitus perpetier malam
Mortali subiit more licet necem
Eternis fructur nunc tamen edibus.

Condol. f.


Henricus Bullæus
Neobr. Megap.

• 6(0)30



Mortem cum Codro spernit qui Martius her
Nam Mars pro meritis digna trophya
Inclitus in magno quis erit si Palladis arce
Socrate cum magno morte perire volet
Lauriger ille suos mactat mox laudibus aquis
Post mortem primò digna brabaa refert.
Quis TE, pro meritis sat dignè Magne LOHN
Laudabit, carus Martis & Artis amor.
Pone trophya TUO Ralcheim / Mars inclyte, p
Laurum concedat Phæbus Apollo SUO
Tam generosum animum lachrymis deflere Cha
Legibus inhibuit, Gloria TE decorer.

F.
Fran



Magne Heros, si quis fueris, dum vi
Mente mea reputo, tacitisq; exami
Quid prohibet, tua quin torrenti facta ti
Assimilem vitæ cursum? non ille moratu
Nec vastos scopulos, nec saxa objecta ru
Velle quidem visa est fortuna relinquere
Quis Tua se virtus, famâ celebrante, fe
Nec tamen obtinuit. Tu contra fortior il
Clade ipsâ major. Nunc non indignus.
In patrium rursus migras, Dux inclute co
Hic Tibi promerita cinguntur tempora

Casper
St

